



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad
Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae
Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa
Confessio**

Cutsemius, Petrus

Coloniae Agrippinae, 1621

De Ottone, Magno Dvce Saxoniae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11884

Basilicam, in qua sepultus, sed inde ab Henrico Romanorum Rege Paderbornam translatus, lætam ibi cum vniuersis Christi fidelibus sui resurrectionem expectat. Reliquit duos post se filios, VVigbertum & VVitikingum II. sc̄cundissimos st̄ematis sui propagatores. Non tamen hic enarrabo ordine singulos ipsorum de generatione in generationem filios, ac nepotes, sed adducam ex bisecta vtriusque familia solum illustriores, & quidem è natione Germanica.

DE OTTONE, MAGNO
DVCE SAXONIAE.

AC primo loco in linea VVigberti occurrit Otto Saxonie Magnus Dux, (quo tunc titulo vocabantur) dicti VVigberti pronepos, pater Henrici Aucupis, princeps bellicosus, sed magis pius, qui Imperium Ludouico defuncto ad se delatum propter ætatem grauiorem modestè recusauit, proque se fororium suum Conradum Francum nominauit. Ad quam ipsius humilitatem respiciens Dominus Deus, filio illius, ac filij filio, atque nepotibus eam est elargitus dignitatem. *Penes Ottonem tamen, vt VVitikingus ait lib. I. semper summum & vbiq; vigeat imperium.* Fundauit ex suggestione VViperti, Episcopi Verdenensis, in honorem B. Virginis Monasterium Benedi-

Benedictinorum in monte Lunæburgensi,
qui à calce nomen habet; mortuus in Domi-
no, An. 916.

DE HENRICO I. AUCVPE.

VENIO nunc ad filium eius Henricum
Humilem, vulgo dictum Aucupem, quod
* in adolescentia cum pater rebus præesset plurimū
indulgeret aucupijs Princeps ille fuit corporis,
animiq; dotibus insignis, prudens, fortis, iu-
stus, sed quod maximum est, egregiè pius, ita
vt dignissimè meruerit à Rege Conrado mo-
ribundo nominari, & à * fratre eius Eberhar-
do, alijsq; primarijs Friteflariæ congregatis
coronari Rex Romanorū: in quo titulo sub-
stitit, recusans solemnibus sacris Imperator
inungi. Respondisse fertur Herigero, Archi-
episcopo Moguntino, ipsum vngere cupien-
ti, se vnctione indignū esse. Interpretor hoc
ab eo factū ex humili de se opinione magis,
quam ex vera ratione. Non enim licuit illi,
postquam se Regem creari permisit, tāquam
personæ publicæ ex priuato erga se affectu o-
mittere solennes Cæremonias, ac ritus ordi-
narios, tantæ Maiestati debitos. Reuelatum
hoc legimus, ostensumque S. Vldarico, Epi-
scopo Augustano, à S. Afra, vt refert Dit-
marus lib. I. per * visionem duorum gla-
diorum, quorum alter cum capulo, alter sine
capu-

* Crantz.
Sax. l. 3. c. 4

* Ditmar.
chro. lib. I.

* Visio hæc
aliter expli-
catur ab